



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Recollectio Spiritvalis

Masen, Jacob

Coloniae Agrippinae, 1691

Oratio Quâ Pœnitens per suspiria è S. Lit. petitâ, dolorem de peccatis, & emendationis propositum concipit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60213)

58 DE CONFessione GENER.

aliorum sibi credita prodere, litteras ea tra-
ctantes aperire & intueri, mendaciis & hypo-
crisi circumvenire, tantò majus delictum est,
quantò cum majori damno conjunctum. In
his aliisque proximum spectantibus, *quod tibi
non vis fieri, alteri ne feceris*, & à multis de-
lictis liber es futurus.

His in examine Conscientiæ expensis, vide-
re poteris, an in septem peccatis capitalibus,
Superbia, Avaritia, Luxuria, Invidia, Gula,
Ira, Acedia, aliquid se offerat, quod in præ-
ceptis adductum non fuerit.

In certis verò statibus, aut officiis constitu-
ti ut Ecclesiasticus, aut Religiosus, Judex aut
Prælatus, expendet sui statûs, & officii leges pe-
culiaries, vota ac juramenta, & si quid adver-
sus illa peccatum sit, observabit.

O R A T I O

*Quâ Pœnitens per suspiria piæ S. Lit.
petitâ, dolorem de peccatis, & e-
mendationis propositum
concipit.*

Isa. 1.

Job. 7.
Il. 59.

VÆ mihi peccatori, filio scelerato, qui
dereliqui Dominum, & abalienatus sum
ab eo retrorsum. Peccavi, quid faciam tibi ô
custos hominum, quare posuisti me contra-
rium tibi, & factus sum mihi metipsi gravis?
Heu mihi quia iniquitates meæ diviserunt inter

me

me & Deum meum, & peccata mea abscon-
 derunt faciem ejus à me. O Domine Deus Rom. 1,
 meus, qui me fecisti, cum non essem, refecisti
 verò, cum perditus essem, reminiscere obse-
 cro miserationum tuarum, & vide, quam fra-
 gile vas condideris, nec patere illud esse in con-
 tumeliam tuam! O Judex optime, judica hic
 causam meam, & discerne illam: secundum
 misericordiam tuam memento mei, propter Ps. 24.
 bonitatem tuam. Quæ enim utilitas in sangui-
 ne meo, dum descendero in corruptionem? Ps. 29:
 Non enim infernus confitebitur tibi, neque
 mors laudabit te. Vivens vivens confitebitur Is. 38.
 tibi, sicut & ego hodie. O suavissime anima-
 rum medice, miserere mei quoniam infirmus
 sum, sana me Domine, quoniam conturbata
 sunt omnia ossa mea. O Pater optime, peccavi Psal. 6.
 in coelum & coram te, & jam non sum dignus
 vocari filius, sed quomodo miseretur pater Luc. 15.
 filiorum suorum, misereris Domine timentibus
 te, quoniam ipse cognoscis figmentum no- Ps. 102.
 strum, & fragilitatem, Tu dixisti, si mulier
 potest oblivisci infantem suum, ita ut non me- Is. 49.
 minerit filii uteri sui, ego tamen non oblivif-
 car tui. Sed quomodo oblivisci illius poteris
 quem non aluisti materno lacte; sed redemisti Is. 58.
 Domine in sanguine tuo, vulneratus propter
 iniquitates meas, & attritus propter scelera
 mea. Noli igitur committere, ô bone JE-
 SU, ut amarissima illa mors & passio
 tua,

tua, quam pro vitæ ac salute mea sustinuiſti in me irrita ſit. Ah quam doleo, hanc ob peccata mea tibi inflictam eſſe! Quàm ingratus eſſem, niſi ab his deſiſterem, propter quæ tã horrenda perpetratus es, & quæ iſtis crudeliſſimis tormentis tuis tibi longè ſunt acerbiora! Detector, ò Domine, execror, averſor quidquid tibi tantopere diſplicet, quidquid me tibi inviſum facit, quidquid adeò æterno patri deteſtandum eſt; ut nec proprio filio in acerbiffimis cruciatibus pepercerit, quidquid denique me à Deo ſummo bono triſtiſſima diſiſione ſeparat.

Pf. 85.

O Domine, reſpice in me & miſerere mei, ſalvum fac filium ancillæ tuæ, Matris Deiparæ, cujus interceſſionem humillimè poſtulo. Fac mecum ſignum in bonum, & per te eripiar à tentatione: illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.

Pf. 12.

Pf. 118.

Ecce nunc conſtitutus ante oculos divinæ majestatis tuæ, totiùſque curiæ cœleſtis, juro & ſtatuo cuſtodire impoſterũ judicia juſtitie tuæ, concupivit enim anima mea deſiderare juſtificationes tuas omni tempore.

Pf. 61.

Et, nonne ſubjecta erit Deo anima mea; quoniam ab ipſo ſalutare meum? Quomodo potero non amare Patrem, tanto amore me prodigum filium ſuum, ad paternos ruruſum amplexus invitantem? quomodo ſanguinem illum, pro me meaque ſalute, tanto dolore & amore

O R A T I O 61

amore fufum afpernari? Væ indigniffimo mihi,
 atque ingratiffimo fi neglexero, fi patris invi-
 tantis Jefuque de cruce inclamantis, & offeren-
 tis mifericordiam non audiero. Ecce enim
 nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies falu-
 tis: poft hac miferendi tempus non erit amplius,
 fed dies iræ, dies iudicii & iuftitiæ. Perfice igi- Pf. 16.
 tur ô Domine greflus meos in femitis tuis, ut
 non moveatur veftigia mea. Fac ut ferviam tibi
 in timore, & exultem tibi cum tremore. Re- Pf. 2.
 nuntio ex animo omnibus carnis illecebris, &
 cupiditatibus meis, & accido ad pedes Cruci-
 fixi Domini mei, tibi ferviam,
 tibi vivam, tibi
 moriar.



PRO